


2.1, 37. fol

FKI 37

I, V
1334



OS AUGUSTUS SECUNDUS, DEI Gratia

Rex Poloniarum, Magnus Dux
Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Massovia, Samo-
gitiae, Kyoviae, Volhiniae, Podlachiae, Podla-
chia, Livonia, Smolenciae, Czernichovia-
que; Dux Saxoniae, Juliaci, Cliviae ac Montium, nec non Angriae
& Westphaliae; Sacri Romani Imperii Archi-Marescalcus & Ele-
ctor; Landgravius Thuringiae, Marchio Misnia, ut & Superioris &
Inferioris Lusatae; Burggravius Magdeburgensis, Comes Princeps
Hennebergensis, Comes Marcae, Ravensbergae & Barby, Do-
minus in Ravenstein, &c. &c. &c.

Notum hisce facimus, singulosque certiores redditos volumus. Post-
quam Electoratus Nostri fidelissimi, provinciarumque huc pertinentium
statum afflictum, in quem per varia quidem infortunia, maxime vero
per invasionem, quadriennio abhinc a Suecis attenuatam inciderunt, mi-
sericordiae ducti expendimus, atque ex hinc unicae summaeque Nobis cu-
rae fuit, quo pacto illis salutariter subveniri, efficaciterque consuli queat;
inter alia huic fini inventa remedia illud attendimus in primis, restitu-
tionem ubertatis, vitaeque communis commodorum praecipue per ma-
nufactorium Commercium posse promoveri; ideoque paternam Nostram
providentiam eo direximus, quo subterraneae illae opes, quibus DEUS T.
O. M. regiones Nostras benignè ditavit, curiosius, quam praefcis tempo-
ribus factum inquiri, illaeque materies, quae hactenus tanquam emortuae
atque infructuosae jacuerunt, ad alium aliumque usum adhiberi valeant.
Igitur perquisitione illa quibusdam viris, qui in hujuscemodi scientiis
prae reliquis probe exercitati erant, commissa, istorumque adeo experi-
entia, studioque indefesso hactenus applicato deprehendimus; Divinum
Numen conatibus hisce Nostris in tantum jam aspirasse, quo ex mate-
riabus, in Nostris regionibus copiose ac abundanter obviis, non solum
genus quoddam vasorum ruralium, quae Indica illa, et terra sigillatim facta
longe superant, verum etiam varia affabre colorata, misturataque artificio-
sa diversorum colorum insignia vasa ac tabulae fabricatae. Nobis fuerint,
quae praeter teneritudinem suam tam singularis sunt duritiae, ut ad instar
Jaspidis & Porphyritis parari se poliri que patiantur, quae insuper omnes
illas possideant qualitates, quae Indicis hujusmodi vasculis tribui consue-
vere. Praeterea viri illi jam quoque haud spernenda Nobis exhibuerunt,
specimina vasorum istorum murrhinorum, quas Porcellanas vocant, mi-
nerali vitro tam obduktorum quam illò vacuorum; quae sat magno in-
dicio fuisse, è materiabus in Nostris regionibus obviis, vasa fabricari
posse, Indicae Porcellanae candidae quoad pelluciditatem ac reliqua requi-
sita oppido quam similia; nec conjecturae locus deest, in posteram, ubi
rite haec institui atque curari poterunt, candidam hujusmodi porcella-
nam, quemadmodum jam de rutila comprobatum omnino est; Indicam
& pulchritudine & virtutibus, maxime vero varietate figurarum ac mo-
le operum solidorum; ut statuis, ut columnis, novitate denique istius-
modi supellectilis, quae mensae instruantur, longò post se intervallò reli-
cturam. Iidemque illi viri & probum quoque Borracem, qui Veneto isti
ratio-



ratione intrinsecarum qualitatuum per omnia similis est, facileque pro desiderio artificum, quibus iste in opere faciundo nimium quantum necessarius existit, in commodum ipsorum ingens atque emolumentum parari poterit; & tabulas istiusmodi Belgicas minutas, quibus ædium parietes partibus internis exornari solent; & rotunda vasa, hæcenus Delphis Batavorum fieri consueverunt; denique catillos fusorios aliaque id genus conficere; nec non varias, atque adhuc dum incognitas proponere Nobis scientias, quarum quidem evidentia capere experimenta ob temporis angustias hæcenus haud licuit, probabiliter verò satis jam superque exploratam habemus. Quocirca illi submisit à Nobis petiere, ut pro accuratori inquisitione omnium eorum, quæ ex solis regionum Nostrarum materiis composita, arteque ipsorum atque experientia noviter inventa fabricataque essent, specialem Nos Commissionem auctore dignaremur; Cui petito omnimodâ æquitate nixo gratiosè Nos affectu deferre non abnuimus; atque nunc finitâ illâ Commissione satis persvasum Nobis exploratumque est, huiusmodi artefacta & Nobis & regionibus Nostris subditisque fidelissimis utilia fore atque salutaria. Quibus causis permoti, nihilque ampliùs in morâ esse patientes, quominus supra-dictarum specierum fabricatio inchoaretur; quin potius illam in commodum atque incrementum regionum Nostrarum ad opus ipsum quantocyus deduci constitueremus; ei fini consequendo per hanc Nostram præsentiam peculiare quoddam Manufactorum Directorium erexitimus, illique instaurationem dictorum Manufactorum clementissimè in iunximus, atque istud negotii præcipuè dedimus, curaret, ut in fabricandis, orituroque exinde commercio, omnia ac singula secundum consuetudines praxisque mercatorum instituantur atque pertractentur; Super negotio universo rationum libri mercatoribus usitati fierent, ut Diaria, ut computationum, compensationumque, & id genus alia tam universalia quam particularia mercatoria volumina: fides publica semper ac ubique seruetur facta testis; & quicquid per divinam benedictionem subinde in lucro foret, illud omne ad perfectionem dictarum fabricarum atque ad novarum inventionem ritè impendatur. Unde quidem fidelissimi Nostris Subditi satis sunt perspecturi, gratiosam Nostram atque paternam providentiam in ipsorum omnisque patriæ commodum ac salutem unicè dirigi, Nosque adeo in spectabiles illas ac ferè ingentes summas, quæ ad instaurationem tot tantarumque fabricarum evidenter requiruntur, subsidium aliquod modicum ab illis omni æquiritatis jure erogare posse; tantò etiam magis, quò illos ex majore quæstu inde nascenturò, jam emolumentum maneat quam maximum. Nihilominus tamen, ut uberiores illis Nostrum erga ipsos affectum gratiamque comprobaremus, istiusmodi erogationum, quantum pote, immunes eos esse, ac prius alia adhibere remedia, quibus, quæ opus sunt, compararentur, gratiosissimè cupivimus: proinde istas fabricas, sine novo subditorum Nostrorum onere propriis sumptibus instaurare decrevimus. Attamen si è mercatoribus tam extraneis quam indigenis, vel etiam ex aliis hominibus opulentis, qui pecunias suas sænorè dare assolent, nec semper tutam satis ei rei occasionem invenire possunt, quidam fortè desiderent, nummos suos in fabricas Nostras pro participando lucro impendere, illos minimè rejectos, verùm pro quantitate summæ suppeditanda sequentibus commodis impertiri volumus.

1. Quisquis summam aliquam in biennium suppeditaverit, is non solum annuatim summe usuras in ratione 6. procentum binis annuatim fixis terminis, numerans, puta, Lipsiensibus, vernali & autumnali, verum etiam post efflaturum illud biennium præter sortem sine morâ exsolvendam, præcipui etiam

als.

aliquid accepturus est; quo de tamen creditori initio statim contractus cum Nostro Manufactorum Directorio paciscendum conveniendumve fuerit.

3. Si fortassis creditorum cupiam veniente solutionis die placeret, præter residuas usuras semestres, stipulatum duntaxat precipium petere, partem vero ipsam in rationibus Manufactorum Nostrorum diutius relinquere; tum usura eadem quidem diligentia singulis semestribus exsolventur, præcedente vero renunciatione, vel à Directorio Nostro, vel à creditore trimestri spatio antè rite factà fors ipsa sine morâ ullâ restituatur.
3. Quicunque autem summas aliquas pro ipsis mercibus prænumeraverint, illi ultra supra dictas usuras in traditione mercium, (quarum semper prærium quartâ ferè parte, quam extraneorum, minus erit) etiam luero quoddam inde à 3. usque ad 12. pro centum, pro ratione videlicet summarum, suppeditarum, aliarumque; occurrentium circumstantiarum fruituri sunt. Quà de re illis Directorium Nostrium convenire, atque cum eò contrahere licebit.
4. Ferrum enim verò, cum fabricas Nostras ere alieno obrui, aut monopolis ansas præbere minimè expedit; quin potius consilium Nostrium circa alienationem eò saltem spectet unice, quò breviori temporis spatio huiusmodi negotiationes in Nostrarum finitimarumque provinciarum commodum stabiliantur: ideo Directorium Nostrium majores summas mutuo sumpturum non est, quam isti fini obtinendo necessarias ex officio fuerit arbitratum.
5. Quicunque ergo inde à presenti die ad proximas usque autumnales nundinas Lipsenses (quod solum spatium huic rei præfixum à Nobis est) certum aliquod consilium circa superius dicta inierint, illi voluntatem suam, ac conditiones, quibusve modis aut partibus contrahere animus sit, Nostro in tribunali redituum, fructuumque metallicorum Consiliario Michaëli Nehmitz, cui Directorium novarum harum fabricationum, manufæ & artefactorum Clementi sine commissus, in hac urbe Nostra Dresdensi si-ve verbis si-ve scriptis aut per mandatarios exponant atque demonstrent. Is tum una cum aliis quibusdam viris (quibus Nos speciali consilio duos adiuturi sumus spectate fidei ac industrie mercatores) quò ratione vel contractibus incundis, vel nominibus ac obligationibus constituendis, sehedulisque cambialibus invicem communicandis, aliisque in negotiis omnibus unicuique sufficienter caveri, fierique satis queat, sedulo est procuraturus. Ad que cuncta ita peragenda etiam Nos impresentiarum vigore harum Patentium modo dicto Nostro Directorio Manufactorum plenariam indulgentiam potestatem. & quicquid ab eò actum deceruntque fuerit, ratihabemus.

Scopus Noster indubiè ad provinciarum Nostrarum salutem, merciorumque utilitatem tendit; quò etiam minus de istiusmodi fabricationibus manufæ ac arte factis omni ope & studio instaurandis, ambigendum Nobis duximus.

Quemadmodum autem ad illorum incrementum promovendam, hæc parum facere poterit, si industrii & in huiusmodi rebus probè exercitati opifices operarique aliunde etiam alliciantur: omnes illos, qui novas Nostras fabricas consilio & operâ juvare, eaque propter sufficientia quædam artium ac scientiarum suarum documenta exhibere poterunt, hisce præsentibus ac vi earum invitatos volumus. Scorsim verò in novis his Nostris fabricis rem faciendi occasionem spernque promotionis patetacimus omnis generis vitrorum lapillorumque artificibus, tritoribus, politoribus, aurifabris, encaustis, statuariis, fictoribus, pictoribus, delineatoribus; figulis item ac reliquis, qui ad talia manufacta faciendæ

daté

davé utile quidpiam afferre valebunt ac volent. Hi supra nominato No-
stro redituum fructuumque metallicorum Consiliario Néhmitz sese si-
stant, aut per epistolas offerant, pro ratione etiam artium suarum scien-
tiarumque specimina quæpiam exhibeant aut transmittant, unde suâ de
promotione responsum citra moram ferent. Ne autem istiusmodi præfec-
torum curiarum Nostrarum vel magistratuum deterreantur, oneraque per-
sonalia compluria metuant; immunitates illas ac libertates, quas an-
te hac speciali quodam edicto advenis, nostroque in territorio sedem fi-
gentibus artificibus operariisque clementissimè tum indulgimus; etiam
nunc ad novas has Nostras fabricas advolantibus impertitas atque con-
cessas volumus; de cætero nunquam permitturi, illos præteritò Nostrò
Manufactorum Directoriò in aliud quodpiam iudicium trahi, nisi fortè
familias, aliaque immobilia acquisita habeant, aut diversi generis quæ-
stus civiles exercent. Eo casu quantum ad ædes suas fundosque aut
quæstum civilem spectat, coram iudice cujusvis loci ordinario; ratione
verò officiorum aut operarum, quas hisce Nostris fabricis præstant, co-
ram solo Nostrò Manufactorum Directorio conveniendos eos esse san-
cimus. Quibus etiam de causis dictum Directorium Nostrum suffici-
enter instruximus.

Quod superest, in publicum Lubentes profitemur, singulari prorsus
Nobis oblectamento fore, si instaurandis supra dictis fabricis & exinde
secuturis aliis, utiliterque jam inventis, non solum subditos Nostròs sub-
levare, uberioremque illis quæstum præbere, sed & regionibus Nostris,
inprimis Metropoli Nostræ Dresdensi probos-artifices operariosque ad-
ducere, jam quoque inhabitantibus omnibus ac singulis pingviorem
fortunam conciliare, & consequenter futuris (Deo dante) tranquilliori-
bus temporibus bonas quasque artes ac scientias introducere alereque
Nobis liceat. Quapropter etiam erga omnes illos, sive extranei sint si-
ve indigenæ, exterive aut subditi Nostrî, qui proposito Nostrò operi ali-
quam ferre, idque promovere studuerint, singulari Regiâ Benevolentia
propensuri; in istos e contra, qui novis hisce fabricis Nostris quoquo
modo derogare aut illis impedimenta objicere ausi fuerint, severè su-
mus animadversuri.

In majorem fidem hisce Patentibus Nostrum Regio - Electorale Si-
gillum apponi curavimus. Datum Dresdæ, die 23. Januarii, Anno 1710.

Egon Princeps de Fürstenberg.



Otto Heinricus L.B.
à Friefen.

Bernhardus Zech.

Vf
1354



OS AUGUSTUS
SECUNDUS, DEI Gratia

Rex Poloniarum, Magnus Dux
Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Massovia, Samo-
gitiae, Kyoviae, Volhinae, Podoliae, Podla-
chia, Livonia, Smolensciae, Czernichovia-
que; Dux Saxoniae, Juliaci, Cliviae ac Montium, nec non Angriae
& Westphaliae; Sacri Romani Imperii Archi-Marescalcus & Ele-
ctor; Landgravius Thuringiae, Marchio Misnia, ut & Superioris &
Burgravius Magdeburgensis, Comes Princeps
Comes Marca, Ravensbergae & Barby, Do-
nus in Ravenstein, &c. &c. &c.

mus, singulosque certiores redditos volumus. Post-
patri fidelissimi, provinciarumque huc pertinentium
quem per varia quidem infortunia, maximè verò
triennio abhinc à Suecis attentatam inciderunt, mi-
ndimus, atque ex hinc unicæ summæque Nobis cu-
s salutariter subveniri, efficaciterque consuli queat;
venata remedia illud attendimus in primis, restitu-
æque communis commodorum præcipuè per ma-
rcia posse promoveri; ideoque paternam Nostram
eximus, quò subterraneæ illæ opes, quibus DEUS T.
as benignè ditavit, curiosius, quam præcis tempo-
illæque materies, quæ hactenus tanquam emortuæ
uerunt, ad alium aliumque usum adhiberi valeant,
illâ quibusdam viris, qui in hujusmodi scientiis
ercitati erant, commissâ, istorumque adeo experi-
fensò hactenus applicatò deprehendim. 7, Divinum
sce Nostris in tantum jam aspirasse, quò ex mate-
gionibus copiosè ac abundanter obviis, non solum
rum rutilorum, quæ Indica illa, è terrâ sigillatâ facta
m etiam varia affabrè colorata, misturâque; artificio-
insignia vasa ac tabulæ fabricatæ. Nobis fuerint,
inem suam tam singularis sunt duritiæ, ut ad instar
is parari se poliri que patiantur, ac insuper omnes
ares, quæ Indicis hujusmodi vasculis tribui conse-
illi jam quoque haud spernenda Nobis exhibuere,
torum murrhinorum, quas Porcellanas vocant, mi-
ctorum quàm illò vacuorum; quæ sat magno in-
ebus in Nostris regionibus obviis, vasa fabricari
næ candidæ quoad pelluciditatem ac reliqua requi-
ilia; nec conjecturæ locus deest, in posterum, ubi
e curari poterunt, candidam hujusmodi porcella-
jam de rutilâ comprobatum omninò est; Indicam
rutibus, maximè verò varietate figurarum ac mo-
ut statuis, ut columnis, novitate denique istius-
â mensæ instruantur, longò post se intervallò reli-
li viri & probum quoque Borracem, qui Veneto isti
ratio.



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SALLE)